



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia**

**Erasmus, Desiderius**

**Erphordie, 1520**

**VD16 B 4591**

Capvt. XVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34488**

trū, dixeruntq; præceptor vester num soluit didrachma? Dicit,  
etiā. Et cū ingressus fuisset in domū, præuenit illū Iesus, dicens:  
Quid tibi videt Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tribu-  
ta aut censum? a filijs suis, an ab alienis? Dicit illi Petrus: Ab  
alienis. Ait illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. Verum ne simus illis  
offendiculo, profectus ad mare mitte hamum, & eum piscem qui  
prodierit primus, tolle: & aperto ore illius inuenies staterem: ac-  
ceptum eum da illis pro me & te.

## CAPVT. XVIII.

N illo tēpore accesserunt discipuli ad Iesum dicentes:  
i Quis maximus est in regno cœlorū? Et accersitū ad  
se puellū Iesus, statuit in medio illorū, & dixit: Amē  
dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, nō in-  
grediemini in regnum cœlorū. Quisquis igitur humiliauerit se  
metipsum, sicut est puellus iste, hic est ille maxim⁹ in regno cœlo-  
rum. Et qui receperit vnum puellum talem in nomine meo, me  
recipit. Qui autem offenderit vnum de pusillis istis qui in me  
credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collum eius,  
ac demergatur in profundum maris. Væ mundo ab offendicu-  
lis. Necessē est enim vt veniant offendicula, verumtamen ve ho-  
mini, per quem offendiculum venit. Quod si manus tua, vel  
pes tuus obstaculo est tibi, abscide eum, & projice abs te. Bo-  
num est tibi ad vitam ingredi claudum, aut mutilum, poti⁹  
us quam duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem  
æternum. Et si oculus tuus offendit te, erue eum, & projice  
E

SECUNDVM.

abs te, Bonum est tibi, vt luscus intres in vitam, potius quam ve-  
 duos oculos habens mittaris in gehennam ignis. Videte ne con-  
 temnatis vnū ex his pusillis. Dico em̄ vobis: quod angeli eorū in  
 cœlis semper vident faciē patris mei, qui in cœlis est. Venit enim  
 filius hoīs seruare quod perierat. Quid vobis videtur? si fuerint  
 alicui hoī centū oues, & errauerit vna ex eis, nonne relictis nona-  
 gintanouem in montibus, vadit & quærit eā quæ errauerat? Et  
 si contigerit vt inueniat eā, amen dico vobis, gaudet super eā ma-  
 gis quam super nonagintanouē quæ non errauerunt. Sic non est  
 voluntas coram patre vestro qui in cœlis est, vt pereat vnus de  
 pusillis istis. Porro si peccauerit in te frater tuus, vade & argue eū  
 inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratur es fratrē tuū: sin ve-  
 ro te nō audierit, adhibe tecū adhuc vnū aut duos, vt in ore duo-  
 rū aut triū testiū consistat omne verbum. Quod si non audierit  
 eos, dic ecclesiæ. Quod si ecclesiā non audierit, sit tibi velut ethi-  
 cus & publicanus, Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis su-  
 per terrā, erunt ligata in cœlo, & quæcunq; solueritis super ter-  
 ram, erunt soluta in cœlo. Rursum dico vobis, quod si duo ex vo-  
 bis cōsenserint super terrā, de omī re quæcunq; petierint, fiet illis  
 a patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres congre-  
 gati in nomīe meo, ibi sum in medio eorū. Tunc accedens Petrus  
 ad eū, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & re-  
 mittā ei? Num vsq; septies? Dicit illi Iesus: Nō dico tibi vsq; sep-  
 ties, sed vsq; septuagies septies. Ideo assimilatū est regnū cœlorū  
 homini regi, qui voluit conferre rationē cum seruis suis. Et cum

MATTHAEVM. Fo. XXII.

cœpisset conferre, oblatuſ es ei vnus qui debebat ei decem millia talentorū. Cæterū cū is non eſſet ſoluendo, iuſſit eū dominus vendari, & vxorē eius, & liberos, & oīa quæ habebat, ac fieri ſolutionē. Procidens autē ſeruus ille adorabat eum, dicens: Dñe, eſto patiens erga me, & omnia tibi reddam. Miſertus autē dñs ſerui illius, abſoluit eū, & æs alienū remiſit ei. Egreſſus vero ſeruus ille, inuenit vnū de conſeruis ſuis, qui debebat ſibi centū denarios, & iniecta in eū manu, oborto collo trahebat, dicens: Solue quod debes. Et procidens conſeruus eius, rogabat eū, dicens: Eſto patiens erga me, & oīa reddā tibi. At ille nolebat, ſed abiit & coniecit eū in carcerē, donec redderet debitū. Porro cum vidiffent conſerui eius, quæ fiebant, indoluerūt valde, & venerūt, aperuerūtq; dño ſuo omnia quæ facta fuerant. Tunc accerſiuit illum dominus ſuus, & ait illi: Serue ſceleſte, totū debitū illud remiſi tibi, cū obſeruaſſes me. Nonne oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus erā? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoaduſq; redderet totum quod debebat ſibi. Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis ſuo quiſq; fratri de cordibus veſtris delicta illorum.

¶ CAPVT. XIX.

¶ T factū eſt, cū cōſummaffet Ieſus ſermones hos, demigravit a Galilæa, & venit in fines Iudææ trās Iordanē, & ſecutæ ſūt eum turbæ multæ, & ſanauit eos ibi. Et acceſſerūt ad eū phariſæi tentātes eū, & dicētes ei: Licet ne hoī diuortiu facere cū vxore ſua qualibet ex cauſa? Qui reſpondens,  
E 7